



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 219. De tradito manso in Sandhurst in pago Hessi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno <sup>854 usque</sup> scieferan quidquid habuit testes *afig* (n) raynuuerc houlf huelp et  
<sup>877 re-</sup>  
<sup>gnante</sup>  
<sup>Hudo-</sup>  
<sup>uuico et</sup> alii VII.

§. 219.

Tradidit *gerho* mansum medium in *sandburſt* (o) testes gheruuig hu-  
go ecbertus houlfus et alii sex.

§. 220.

Tradidit *halecgħard* in *mulinbuſen* et in *beranthorpe* (p) quidquid ha-  
buit

falon, consanguineus. Hic *Waldericus* ad progenitores comitum Arensbergium referendus videtur. In hac coniectura confirmamur, recordati, dynastiam *Wevelsburgum* olim fuisse Comitum Arensbergicorum, a quibus ipsa in potestatem comitum Waldeccensium venit. Ab his in Paderbornensis ecclesie transiit ditionem, dimidia eius parte *Bertholdo dicto nobili de Buren* beneficii loco concessa. Id ipsum annotavit eruditissimus episcopus Paderbornensis Ferdinandus *Monum. Paderb.* p. 205. Si igitur improbabile non est, principes Waldeccenses ex Widekindo Magno propullulasse, fere deserimur ducimurque eo, ut conciamus, Arenbergicos Comites ex eadem stirpe fuisse procreatios. Communis certe sic fert fama. Fortassis *Baldericus* noster Walberti et Bardonis I frater fuit. Eam ob causam dominium *Wevelburgicum* in manus Waldeccensium comitum post *Arenbergensum* comitum excessum peruenisse videtur. Ab his porro nobiles domini de *Buren* videntur descendentes. Copiosus haec infra §. 398. dispi- ciemus. Quomodoconque autem res sece habuerit, patet tamen ratio ex dictis, cur abbatie Corbeiensi enata fuerint iura in oppidum *Blanckenrade*, in campo Sintfeldico positum, quæ domini Paderbornenses ut clementiae sui episco- pi adscribant necesse non habent.

De Af-  
gone.

(n) *Afg* an filius Luidolfi ducis? An natus fuit Esiconis comitis, et frater Wiguitæ, de quibus egimus §. 216? An Bardonis I, Waldeccensium comitum fatoris frater, ab suo materno ita appellatus? An itaque ille Afico, qui §. 220. inter testes appareret?

De villa  
*Sand-*  
*burſt*.

(o) *Sandburſt* villa erat, testante Registro nostro, in pago *Hessi* sita, de qua et de *Ge-*  
*rhone* egimus supra §. 216.

De villis  
*Mulin-*  
*buſen* et  
*Beran-*  
*thorpe*.

(p) *Mulinbuſen* et *Beranthorpe*, villa, in Registro nostro positæ, inueniuntur in pago *Ite-*  
*gowe*. Intelligimus ergo subesse *Mullhausen* et *Berndorf* vicos, in comitatu Waldeccensi fitos, quorum hic in præfectura Eisenberg, ille vero intra præfecturam Arolsen visitur. Cum autem in eadem regione genus Widekindeum bona sua hereditaria possederit, ut iam supra §. 104. et passim ad naufam usque demonstrauimus, *Halecgħard*, que haec bona, ad *Mulinbuſen* et *Beranthorpe* posita, donauit, probabilissime ad eandem gentem spectauit. Fortassis ipsa ipsius Bardonis I, fatoris Waldeccensium principum, soror fuit. *Halecgħardam* fuisse feminam, negari non potest. Apparet enim illud ex terminatione *Għard*, quæ mulieribus tribuitur, ut patet ex nominibus Hildegard, Wendilgard, Irmegard, Luitgard. Quamvis autem facile demus, eam non valere argumentandi rationem: *Halecgħard* fuit femina, ergo etiam soror fuit Bardonis I; bona tamen, quæ possedit, indicio esse videntur, eandem ad progenitores Waldeccensium comitum referendam. Hisce præmissis, quædam de villa *Mulinbuſen* addenda sunt, et quidem primo eff significandum, eandem villam a comite Heinrico eiusque filio Widekindo, largiente ecclesia Corbeiensi, post haec in feudum indultam esse. Id enim haec nos docet schedula.

**C**In nomine sœc et individue trinitatis ego *Erkenbertus* corbeiensis abbas hanc cartam iussi conscribi & conferuari ut sciant tam p̄ntes quam futuri qualiter *Heinricus comes* eiusq. filius *Widekindus* remiserunt be- neficium quod habuerunt ab ecclia nřā uilicationem scilicet in *Urthor-*

&amp;